

- (2) *DEus Deique Filius, nec non Spiritus S. est co-lumnarum terræ corroborator supremus.*  
 (3) *Hunc Patrem cœlestem imitantur DEi vicarii Psal. LXXXII, i. seqq. vid. L. de Magistr. officio.*  
 (4) *De columnis ecclesiæ ministerialibus, v. g. Apostolis ac Doctoribus, lege Gal. II, 9. Ephes. II, 20. de ecclesiâ, 2. Timoth. III, 15.*

## USUS E VERSU V.

- (1) *Jactantia turpe hominum vitium insanique vi-cinum. vid. præcept. I. & VIII.*  
 (2) *Charitatis opus est, dicere vel dehortari hujus-modi elatos à grandiloquentia inepta.*  
 (3) *Cornu efferunt hi, qui neque DEum, neque se, neque Satanam satis norunt. vid. Sirac. X, 14. Jes. XXVIII, 15. Superbus. præcept. I.*

## USUS E VERSU VI.

- (1) *Non sufficit, superbos campellæ semel, repeten-dum est aliquoties: ne efferatis cornu &c. virus hoc nimis pervasit hominem, ut fortibus opus sit iteratisque alexipharmacis.*

- (2) *Sermonis cauta habenda ratio, ne collô loqua-mur durô ac intractabili. Arrogantia.*

## USUS E VERSU VII.

- (1) *Ratio nasutula stulte omnino pro captu suo judicat de remedii vel elevandi aut eluetandi ex depressione, vel de periculis sibi ipsi imminentibus. Dum dicunt: pax, pax: 1. Thess. V, 2. Psalm. XXXV, 25.*

- (2) *Distinctæ mundi plague de distinctis hominum sta-tionibus ac sortibus, itemque de innumeris bonorum ac malorum originibus nos admonent.*

## USUS E VERSU VIII.

- (1) *Non promiscue humana hæc geruntur vel im-*

## PSALMI LXXVI. DISPOSITIO

*DEus bellator. Sion tuta DEo vindice.*

**E**Ucharisticus hic Psalmus continet I. Propositionem; Deum Israelis solum esse celebrandum unicè: ubi (1) subjectum est *DEus*: (2) prædicata: est notus in *Juda*: nomen ejus magnum est in *Israele*: v. 2. habitatulum ejus in *Salem*, nunc in *Zion*: v. 3.

II. Rationes celebritatis: (1) ibi [in *Zion*, *Judâ*, *Israel*.] bellum finit, victoriasque concessit: v. 4. (2) gloriosem cunctis montibus alis prædatoriis se ostendit, vers. 5. (3) magnanimos in prædam dedit, prostravit, una

A punè, sed universa in cœlis observantur accurate. Jū-dex incorruptibilis est ipse *DEus*: judicat particulariter, judicabit universaliter, &c. Genef. XVIII, 25. Cohel. XII, 14.

(2) *Penes DEum stat, humiliare elatos, evbere hu-miles: Luc. I, 51. seqq. Cohel. IV, 14. Dan. II, 21. Huic quisque pins se committat totum: bunc metuere discat stultus elatus. Sub hujus Judicis ubique & sem-per versamur oculis: hos effugere potest nemo: Ebr. IV, 12. 13. Sirac. XXIII, 28.*

## USUS E VERSU IX.

- (1) *Deus est, qui cuique admetitur suum. L. de Provid.*  
 (2) *Calici assimilatur id, quod vel reficit, vel conficit; quod vel delecat, vel cruciat. Moderatur unumquodque Dominus.*

- (3) *Non uniusmodi est fidelium ac infidelium passio, v. Psal. XXXII, 10. XXXIV, 20. 1. Cor. XI, 32.*

- (4) *In fine demum, cum feces forbendæ, experientur impii suam sorte: vid. Psalm. XXXVII, 35.*

## USUS E VERSU X.

- (1) *Fidelium est, meminisse ac de predictare semper ope-ra divina tam vetera, quam moderna.*

- (2) *Pfallendum illi animo grato, humili ac devoto: vid. præc. I. II. III.*

## USUS E VERSU XI.

- (1) *Boni Magistratus est, elatorum imminuere insolentiam, ne debiliores succumbant. Ita enim DEus ipse obstit superbis: 1. Petr. V, 5.*

- (2) *Justorum robur augetur cœlitus. Philipp. IV, 15. Jes. XL, 31.*

- (3) *Justos meritò promovere nuntuntur boni Principes: Psalm. CL, 5.*

## PSALMUS LXXVI.

*DEus bellator. Sion tuta DEo vindice.*

cum curribus & equis increpatione sua peremit; vers. 6. 7. (4) terrore itaque sua omnes pro-fugavit; vers. 8. (5) Judicem se cœlestem lucu-lenter comprobavit, pro afflictis: vers. 9. 10. (6) Irâ hominum delusâ laudem sibi paravit: vers. 11.

III. Conclusio adhortatoria (1) ad votorum exsolutionem; munerumque apportatio-nem: vers. 12. (2) ratio: adimit spiritum principum: regibus terra se præbet formidandum: vers. 13.

## PSALMUS LXXVI.

## EXPLICATIO VERSUS I.

**בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל:** Vide Psalm. IV, 2. Cœtera hujus titu-li adfuerunt psalmô proximè præcedente. Quod in quibusdam Codicibus LXX. & Vulgati ad-ditur: *ad Affyrios*, ab interprete vel scribâ quô-dam videtur priùs in margine positum, postea in textum ipsum irrepsisse. vide Höpfnerum; qui ge-neratim hîc agi censet de ecclesiæ defensione ac liberatione cujusvis temporis. Syra inscriptio ita habet: *Assaphi, cum vastata fuit Rabbotb filio-rum Ammon, præarea indicat ultionem judicij Christi*

*adversus impios. Qis vero hujus sit autor inter Sy-ros, divinabit fortè nemo.*

## EXPLICATIO VERSUS II.

**נֹרֶד:** cogitus in *Juda* est *DEus*: ) h. e. fa-mam nominis sui evidentibus signis ac operi-bus sat celebrem hactenùs reddidit in tribu hacce regiâ, è qua oriundus erat David. Sic supra Psalm. IX, 17. **נֹרֶד יְהוָה:** notus est Domi-nus, quod Judicium fecit &c: confer Jes. XIX, 20. 21. & mittet (Dominus Ægyptiis) servatorem, liberabitque eos: **נֹרֶד יְהוָה:** cognoscetur Je-hova ab Ægyptiis, &c. cap. LXVI, 14. **נֹרֶד:** & cognos-

Hh h 3

& cognos-